

Turiones Pini. *Fichtenknospen.**Pinus silvestris.*

Gemmae foliaceae, vix exclusae.

Vinum. *Wein.**Vitis vinifera. Frutex in vineis cultus.*Succus baccarum *Vitis viniferae*, post fermentatio-  
nem vinosam rite peractam, satis diu in dolis asser-  
vatus.In usum pharmaceuticum praecipue veniunt *Vinum Gallicum album*, *Vinum Rhenanum*, et *Vinum Malacense*.Viscum album. *Weisse Mistel.**Viscum album. Fruticulus parasiticus Quercus, Fagi,  
Pini, aliarumque arborum.*Ramuli juniores, una cum foliis ovatis coriaceis,  
magna glutinis quantitate repleti.Zincum. *Zink.*Metallum ex albido caerulescens, tenax, malleo  
parum obediens. Ignitum, sub aëris accessu flam-  
mam concipiens, abit in Oxydum album, partim sub  
flocculorum levissimorum forma avolans.*Zincum Chinense* plerumque puritate ante-  
cellit illi, quod in officinis metallurgicis Gosla-  
riensis productur.